

titatis spiritalis, & ex natura sua separatus est à materia.

Obijcitur denique: Omnis forma, quæ est in materia informatiæ, communicat materiæ suum effectum formalem: sed corpus hominis non dicitur intellectiu[m]m, nec intelligere, ergo signum est, quod anima intellectua non insit ab intrinseco ipsi homini: minor patet: maior probatur, nam ab anima vegetativa corpus dicitur viuens, & sensitiva sentiens, ergo pari modo dicendum fore de forma intellectua, si esset forma informans.

Respondeo negando maiorem, eiusque probationem; nam forma non communicat materia suum effectum formalem, sed toti composto; nam v.g. materia plantæ non dicitur viuens, sed ipsa plantæ, caput equi non dicitur viuens, sed ipse equus, ita corpus hominis non dicitur intellectuum, sed ipse homo.

Partitio III.

An anima rationalis sit spiritalis, immaterialis, & indiuisibilis?

Consultò hæc tria in unum coniungimus; quia indispensabilitas dependent ab unicem; animæ enim rationalis immaterialitas ex alio capite desum non solet, saltem magis principaliter, nisi ex eius spiritualitate, quare debet fieri hæc illatio: si anima rationalis est spiritalis, debet dici immaterialis: item si est spiritalis, neccesse est, ut sit indiuisibilis; quia res spiritales de se sunt indiuisibiles, quod si anima rationalis sit materialis, consequens est, quod sit mortalís, & diuisibilis, quare non ita aptè quidam authores sub tribus diversis titulis tria prædicta examinare solent.

Nota primi. Verum antequam ad rationes descendamus, operæ pretium erit nonnulla premittere, & primo quidem, quod immortale pluribus sumatur modis: *Primo* pro eo, quod multùm durat, & tamen habet principium, & finem sui esse: sic inter arbores queruscæ dicitur immortalis. *Secundo* pro eo, quod neque principium, neque finem haber, quo pacto solus Deus dicitur immortalis. *Tertio* pro eo, quod habet principium, non tamen finem: sic Angeli habent principium, non tamen finem: deinde immortale hoc tertio modo sumptum sument pro eo, quod tale est ex natura sua, id est ex suis internis principijs. *Secondo* pro eo, quod non est tale de se, sed ex beneplacito Dei, & ab extrinseco, sicut quidam dicunt sancti Patres, quod Elias, & D. Ioannes Euangelista non sunt mortui, sed sunt in Paradiso terrestri collocati, hōcque habent ex natura sua; quia omnis homo ex natura sua, cum sit constitutus ex quatuor Elementis, debet mori: sed hoc habent ex Dei beneplacito; certum est, quod anima rationalis non sit immortalis immortalitatē exemplificata in queru, & in Deo, quare

Nota secundæ. Premittendum secundo animam rationalem esse immortalē ex sua natura tertio dicto modo, & hoc secundum rei veritatem, & fidem Catholicam exp̄s̄ habetur in Concilio Lateranensi sub Leone X. *Seſtū* vbi exp̄s̄ damnantur tenentes animam rationalem esse

mortalem, & Clementina 2. de fide Catholica condemnant, dicentes animam rationalem non esse ex natura sua immortalē, & hoc contra quodam, qui tenebant esse quidem immortalē, sed ex privilegio, non autem ex natura sua.

Premittendum tertio, esse quidem contra fidem admittere, quod possit probari naturaliter mortalitas animæ rationalis, non est tamen contra fidem, vt recte adiutetur Ruuius tertio de anima, tractauit de anima separata dicere, quod non possit probari ratione aliqua demonstratiā naturali animam esse immortalē, quare id asserentes sicut Scotus, Heruæus, Caetanus, & plures alij nullā sunt digni censurā, & licet propter Atheos melius sit dicere immortalitatem probari posse ratione naturali, hoc tamen locum debet habere apud concionatores, aut eos, qui contra Atheos agunt, at nos in fide Catholica enutrīti, tanquam precipuum fundamentum habemus animæ immortalitatem; non erit ergo incongruum inuestigare, an animæ immortalitas possit demonstrari ratione aliqua naturali, vel non; nam sunt multæ veritates, quæ licet tales sint de se, attamen nobis non apparent tales, v.g. nihil est certius, quād quod Deus sit trinus; attamen nemo temeritatis arguit eum, qui Trinitatem rationibus naturalibus probari non posse afferat: ita licet si certissimum animam rationalem esse immortalē, attamen an id ratione naturali possit demonstrari in dubium reuocare, temerarium non erit.

Premittendum quartio nihil certi haberi possit quoad hanc rem de mente Aristotelis; nam aliquando videtur dicere omnem formam receptam in materia esse corruptibilem, & omne habens principium habere & finem, alias vero videtur dicere, quod anima deforis adueniat, id est creetur, sitque independens in suis proprijs operationibus ab organo: Ex quo inferunt quidem ex mente Aristotelis esse immortalē, sed omnibus ritè consideratis Aristoteles perplexè nimis locutus est in hac materia, sicut & de mundi exordio, hoc enim ordinatum reperimus in Aristotele in rebus, quarum decisio non potest determinatè haberi per rationem naturalem, semper loquitur Aristoteles ambigue.

Authores verò, qui de hac re scripferunt, sunt præsertim D.Thomas 1. parte quest. 75. art. 6. & in quest. disputatiæ quest. de anima art. 14. Durandus in 2. dist. 18. quest. 3. D.Antonius 1. parte Summe tis. 1. cap. 5. D.Bonaventura in 2. dist. 19. quest. 1. De Aquila ibidem. Scotista post Scotum in 4. dist. 43. quest. 2. Albertinus quest. 14. Tholologicæ in 14. corollariæ ex principio primo Philosphico. Coccius Tom. 2. Theologiae Catholicæ lib. 1. art. 2. Lessius opus de prouidentia Numinis. & immortalitatē animæ toto lib. 2. Augustinus Nyphus lib. de immortalitate animæ contra Pomponium ad Leonem 10. & ex Recentioribus integro volumine Iulius Caesar, Lagalla, item & omnes Physici, aut in initio librorum de anima, aut in fine, & præsertim Toletus, qui quod strictrè est in alijs Philosophia difficultibus explanandis, eò fuisse est in hac perractanda.

Sic autem procedemus: Clypeo primo rationes validiores probantes animæ immortalitatem collocabibamus, Clypeo secundo fundamen-